Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39405
Copyright: Melk, Benediktinerstift



sunt pueris adiciendi sub quibus defessi cor-
ruant / et aliquin pondere molestiarum oppressi
doctrinam minus mansuete capiant / plante
magis cum moderate alantur aquis qui multis
suffocantur / Posse oportet vitam maiorum in
duas partes esse diuisam / in studium ac remis-
sionem / Sic Virgilius. Somnus. pax. bellum. estas.
hyems. operosi festique dies / laborem condimentum
est otium / tamque nec laborem sumere nimium
nec otio nimis indulgere oportet / hoc enim
distinctum ut a platone dictum est laboribus
atque somnum.

Hic agit de mensura et qualitate cibi.

Quid porro alia puerorum exercitia quibus regnum
expectant. qualia debeant esse. qualesque
ludi iam tenes. Nunc de cibo potuque dicamus.
Modicus ac temperatus cibus / ut hieronimus
ad rusticum scribit / et carni / et anime utilis
est / Assit igitur ratio ut tales et tantas ali-
menta estas / quibus nec corpus onere et nec
libertas anime prgrauetur. Et quibus cibis refo-
ciandi sunt / qui difficulter digeri possunt.
Prouidendum tamen est ne delicatis affectus
cibarum Consuma denique fastidias / Non semper
in urbibus est degendum. Eris nonnunquam in rusti-
ci silues. In desertis locis. ubi necessario erit
grossioribus uti cibis / Sic nutriendus est
puer ne cum tempus expostulat hominis
carnes abhorreat / Adde quod bellatori futuro